

~~...~~  
Fr. Hoffmann



Hof 157



1. De Experiencia Spirituali.
2. — regeneratione ad spem vivam vite aeternae.
3. — Idea boni pastoris animarum.
4. — Mytheno  $\lambda\omicron\sigma\sigma$   $\nu\pi\omicron\sigma$   $\alpha\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ .
5. commentatio apologetica.
6. Hagoge exegetica in epist. I. Joannis.
7. Theologia studiosus verbiq; divini minister aptus  
et fidelis.
8. Theodidascalia ex Spiritus S. unitione procedens.
9. De diversis damnis dei vasis.
10. De chelchisedeco Christi typo.
11. — — — — ipsum tantitypum  
exhibens.
12. Samaritanis iudicium de causa Christi et Apostol.
13. Bena talionis theologice considerata.
14. De Indulgentiis  
anti-Poiretiana
15. Patrocinium impietatis falso imputatum Doctri-  
nae evangelicae a Poireto.
16. Iustitia dei peccati iudice.
17. De culpa et poena peccati.
18. De peccati Adamici et alieni imputatione et par-  
ticipatione.

19. De expiatione peccatorum typica.
20. De virtute atq; in sole sacrificiorum principali.
21. De Iesu Christi satisfactione.
22. Eiusd. argumenti.
23. Reputatio commentiduplicis incarnationis Christi.
24. De Christi interventione, merito atq; intercessione  
ac propitiatione.
25. De sanctitate humane Christi nature absoluta.
26. perfectionibus I. C. eiusdemq; sacrificii effectus satisfactione.
27. Protevangelium vindictum a Poirati compellitur.
28. De Poirati errore qua nature et gratia effectus  
pro gratia effectibus habet.
29. Eiusd. argumenti.
30. De perfectione regeneritorum.
31. justificationis sensu forensi.
32. fidei que iustificat natura et proprietate.
33. — fide iustificante quatenus iustificat.
34. — fide et iustificatione generatim.
35. iustificationis prima specie
36. specie secunda et tertia.

37. De justificationis specie quarta.

38. — Patrocinio et seminibus papismi in Poireti  
scriptis exstantibus.

19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36

18. - Detention of ...  
19. - ...  
20. - ...  
21. - ...  
22. - ...  
23. - ...  
24. - ...  
25. - ...  
26. - ...  
27. - ...  
28. - ...  
29. - ...  
30. - ...  
31. - ...  
32. - ...  
33. - ...  
34. - ...  
35. - ...  
36. - ...

Handwritten text in the center of the page, possibly a title or a specific entry, written in a cursive script.



DISPUTATIO  
PUBLICA DE BAPTISMA  
EXPERIENTIA  
SPIRITUALI,

Ex dono  
Reverendi Patris  
H. Hoffmanni  
H. L. C.  
M. Octob. 1766

JOACHIMO LANGIO,  
SE. THEOL. PROF. PUBL. ORDIN.

De P. M. Mart. baptis. in 1766  
placida meditatione disquisitione  
H. L. C.  
Halle

RESPONDENS

GEORG. CHRISTIAN. BOHNERDII  
DERSHEIMIO-HALLENSTADTIENSIS.

REGATA HALÆ MAGDEBURGICÆ.  
Typis Christiani Henckellii, Acad. Typogr. 1766



EXPERIENTIA  
SPIRITUALI

Ex dono  
Museum Reverendi Vn. Praesidis.

Fr. Hoffmann

Hala m<sup>o</sup>cccxxii.  
M. Octobr.

JOACHIMUS LANGIUS  
22 THEOL. PROF. PUBL. ORDIN.  
DE THEOL. THEOL. A. 1700. A. 1701.  
PUBL. THEOL. A. 1700. A. 1701.  
R. H. H. H.  
GEORG. CHRISTIAN. BOHNER  
Halle, im Jahr 1722.  
Halle, im Jahr 1722.  
Halle, im Jahr 1722.





15

*Q. D. O. M. B. V.*

AD

**LECTIONES CURSORIAS,**  
easque SAECVLARES,

ET

DISPVATIONEM INAVGVRALEM  
*DIGNISSIMI DOCTORANDI,*

**DN. IOACH. LANGII,**

**S. THEOLOGIAE IN ACADEMIA REGIA  
FRIDERICIANA PROFESSORIS  
ORDINARIJ,**

EX DECRETO

**ORDINIS THEOLOGICI,**  
SACRARVM LITTERARVM FAVTORES  
ATQVE CVLTORES

INVITAT

**D. IOACH. IVSTVS BREITHAVPT,**

A. B. M. CONS. & TH. F. SEN. G. S. DIR.  
SEM. TH. & SACR. HILD.

---

*RECVSUM: HALAE MAGDEBVRGICAE,*  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1718.







**W**OLFGANGVS FRANZIVS, Theologus immortalis & nominis & meriti, ante exactos centum annos Reformationis Evangelicæ Iubilæam memoriam edidit, tum *Disputatione* in Theses Lutheranas de *Indulgentiis*, nervosæ pietatis plena; tum *Oratione*, habita de *mirabili occasione & diuinis motibus*, quibus M. Lutherus ad Reformationis opus excitatus fuerit. Hac in oratione quum inter alia nundinis indulgentiarum, ansam causæ tribuat, testem producit COCHLÆVM, Pontificium autorem aduersariumque Lutheri acerrimum, scribentem aperte, quod indulgentiarii quæstus instituti sint propter Basilicam Romanam; & ea quidem *conditione*, vt, quemadmodum Ecclesia Romana, potestate & dignitate, cunctis per orbem Ecclesiis, propter verbum Christi & principatum Petri, supereminet ac præfulget, ita & *templum Petri*, *magnitudine structurae & operis magnificentia*, *ceteris anteferretur*. Nimirum, inquit Franzius, non prædicatæ Indulgentiæ sunt *ex sollicitudine Pastoralis erga miseræ oues viuentes, aut erga animas purgatorio igne*, ex Papali hypothesi, *ustulatas*: sed e fastu animi, enitentis ad ædem Petrinam in cælum ædificatione externa prouehendam. Quod qui considerat secum ac contemplatur, nec Scripturarum, nec euentus, per Ecclesiæ Reformationem consequuti, immemor; qui poterit, quin ipsa re, ante oculos quasi posita, ducatur ad typum huiusmodi machinationum, ipsam *turrim Babelicam*, cuius caput in cælo optant esse, una cum nomine suo, ædificatores? At vero longe magis momentum in eo est, quod exterior hæc molitio grandio rem internam e mentibus Romanensium protruderet. Neque enim contenti erant potestate vendendi venias, quibus remitterentur pœnæ Canonica & casus Papæ reseruati: sed erigebant turrim suam in cælum adeo, ut sibi arrogarent quoque autoritatem, pro nummis, ex arbitrio humano, com-

municandi & distribuendi merita Christi, & nescio quæ Sanctorum, per indulgentias, viuorum atque mortuorum bono. Hinc illæ lacrymæ! ut hic etiam dicendum fuerit cum Claudio: *tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.* Etiam si autem errores tanti ac abusus eo tempore sub tenebris immanibus grassarentur, non potuit tamen zelus Domini tandem latere diutius: qui propterea induit excitatum *Lutherum*, Thesesque illas iussit edere notissimas de *Indulgentiis*, heroico fidei spiritu redundantissimas. Quæ quidem vt penitus intelligentur, & gratias Deo dignas, iubilæi proprias, præsertim apud eruditos eliciant; commentatus in eas denuo est *Inaugurali Disputatione* Vir Maxime Reuerendus & Amplissimus, DN. IOACH. LANGIVS, S. Theol. Professor in hac Academia Ordinarius, Collega noster honoratissimus: de cuius vita & studiis, secundum morem in Academiis receptum, sequentia communicamus. Gardelegiæ in Veteri Marchia anno superioris seculi septuagesimo mense Octobri hanc adspexit lucem, natus patre MAVRITIO LANGIO, consularis ordinis viro, veri rectique amantissimo; matre MARIA LANGIA, e diuersa Langiorum stirpe orta, matrona veræ pietatis laude conspicua. Vbi adolevit, litterarum studiis, & simul Deo ac ecclesiæ, a parentibus consecratus, prima eorundem tirocinia deposuit in schola patria non incelebri, sub Rectore ROEVE-RO & Conrectore PISTORIO. Cum vero anno ætatis 15. dimidia vrbs pars horribili incendio, & in ea simul patria domus, conflagrasset; concessit Osterwicum, principatus Halberstadiensis oppidum, vbi ipsum auunculus, IOACHIMVS LANGIVS, prætor & quæstor regius primarius, beneuole suscepit, & porro in litteris instituendum curauit, præcipue a scholæ istius loci Rectore, N. LANGIO, dato ipsi simul industria campo in re rationaria. Osterwico anno altero delatus Quedlinburgum pependit ab ore clarissimorum virorum, SCHMIDII ac KEGELII, nec parum sub iis profecit per bien-

biennium. Illuſtri autem Quedleo cum Magdeburgenſi  
Gymnaſio commutato, in hoc audiuit præcipue doctiſſimum  
CVNOVIVM, ſed ſemestri tantum ſpatio. Etenim eo-  
dem adhuc anno, qui erat ſeculi decimi ſeptimi octogefi-  
mus nonus, & ætatis undevigeſimus ſuaſu ſuorum, in pri-  
mis fratris germani, NICOLAI LANGII, hodie ſacrorum  
apud Brandenburgenſes Antifitit meritiffimi, adiit Academi-  
am Lipſienſem; & quidem eo ipſo tempore, quo motus  
adverſus probos ac ſinceros veri rectique cultores, quos ſcom-  
ma a pietatis nomine, ſiniſtro vocis flexu, denominabat, pri-  
mum ſurgebant. In quem temporis articulum quod aduen-  
tus ſuus incidit, non unam ob cauſam magnopere ſibi  
gratulatur. Id vero in præcipuis Dei beneficiis numerat,  
quod ſibi per illum, quem nunc habet collegam coniunctiſ-  
ſimum, h. e. AVGVSTVM HERMANNVM FRAN-  
CKIVM, exhibuit. Hic enim, commendatione modo dicti  
LANGII maioris motus, ipſum primo ſtatim aduentus die  
non ſolum in arctiorem amicitiam, ſed in ipſum quoque con-  
tubernium ſuum, quod contubernalis alter, longiore itinere  
illo ipſo tempore ſuſcepto, ex parte vacuum reliquerat, quam  
humaniffime ſuſcepit: ſuſceptum vero in collegiis ſuis, quæ,  
ut philoſophiæ & bonarum artium magiſter veteranus, in ma-  
xima auditorum frequentia habebat, & recta methodo ad ge-  
nuinum ſcopum quam feliciffime dirigebat, ad optima quæque  
ſumma dexteritate inſtruxit. Ex inclyto Theologorum ordi-  
ne audiuit CARPZOVIVM, OLEARIVM, & ALBERTI,  
doctores celeberrimos, in homileticis RIVINVM, in hiſtoria  
vero eccleſiaſtica magni nominis Theologum, in decus Aca-  
demix Lipſienſis adhuc ſuperſitem, D. ADAMVM RE-  
CHENBERGIVM, cuius favore & amicitia ſingulari, poſtea  
longo & crebriori literarum commercio culta, adhuc gratus  
fruitur. Digno quoque habet loco illud diuinæ providentiæ mo-  
mentū, quo ipſi datum fuit, præter modo dictum A. H. FRAN-

CKIVM etiam duos alios collegas, nimirum viros venerandos, D. PAVLVM ANTONIVM, & IO. HENRICVM MI-  
CHÆLIS, inter Lipsienses fautores & amicos eodem tem-  
pore habere; illum quidem, e longinquis Europæ itineribus (in  
quibus serenissimo duci Saxonie, hodie Poloniarum regi & e-  
lectori FRIDERICO AVGVSTO a sacris fuerat) iam redu-  
cem docentemque; hunc vero commilitonem: ita ut alma phi-  
lyrea tunc quatuor ordinis nostri membra, & quidem iam tum  
sanctiori amicitie vinculo coniuncta, in gremio suo fouerit.  
Interea FRANCKIVS Erfurtum ad officium ecclesiasticum  
erat vocatus. Cuius cum magno teneretur desiderio Langius  
noster, ipsum sub finem anni post sexcentisimum nonagesi-  
mi eo est secutus. Et vix eo venerat, cum in iisdem cum eo  
ædibus non sine provido numine rursus coniungeretur, data  
ad proficiendum occasione exoptatissima. Aperuerat enim  
is ibidem scholas theologicas, præcipue in exegetica biblica, non  
sine applausu frequentatas. Nec deerat in antiqua illa Erfor-  
diana campus etiam in aliis Theologiæ partibus felices pro-  
gressus faciendi, imprimis mea, Rev. Ministerii Senioris &  
Theol. secundum Augustanam Confessionem Professoris Pu-  
blici, cura ac opera; & hac speciatim in historia ecclesiastica  
non sine fructu est usus. Cum vero anno nonagesimo secun-  
do vna cum R. FRANCKIO inde Halam nostram ad novam  
Academiam esset evocatus, LANGIVS, postquam patriam &  
nonnullas e præcipuis Germaniæ locis ac urbibus salutauerat,  
vtriusque desiderio ac amore ductus, hunc locum nostrum ad-  
ibat; ubi ab ore nostro publice & priuatim pendit assiduus. Et  
quia eo iam profecerat in studiis, vt in iis aliis etiam docendo  
prodesse posset, priuatim commilitonibus suis minus instructis  
scholas aperuit, præcipue in nonnullis Hebræi ac Græci co-  
dicis libris, philologice illustrandis. Et cum ante Academiæ  
inaugurationem Magisterii gradus hic obtineri nondum posset,  
a venerandis ordinis philosophici membris potestatem acce-  
pit,



pit, lectiones suas iuuentuti Academicæ etiam in tabula publica indicandi.

Hic erat terminus studiorum Academicorum, in quibus eo profecit feliciter, quo minus ab iisdem sanctificationis principium, Dei gratiam, seiunxit. Et quamuis pro externæ fortis tenuitate victus in Academiis ex institutione puerorum ipsi maxima ex parte quærendus esset, multumque ista opera studiis propriis decederet: non tamen sensit ea impedimenta, cum litterarum laboris ardor fida reliqui temporis dispensatione non infeliciter ista redimeret, Dei que gratia adspirans in adiumenta eadem conuerteret. Qua ut eo magis studia Academica condirentur, crucis interioris schola effecit. Illo enim spiritualium tentationum genere, quod omnium esse solet grauissimum, noster diu multumque fuit subactus; ipsoque vñ didicit, a sola Dei gratia vñ pendere, eiusque & necessitatem & magnitudinem iusto æstimare.

Hala anno post nonagesimum tertio Berolinum arcessitus primum hospitem expertus est perbenignum, & ad acuendos augendosque christianismi profectus a Deo dotibus plane insignibus instructum, IO. CASPAREM SCHADIVM, verbi diuini ministrum, in cuius & vita & doctrina iam tum Lipsiæ egregium veri rectique exemplar habuerat. Ab hoc autem perillustri domino a CANIZ, Consiliario status intimo, commendatus, eiusdem filio optimæ indolis vnico in tertium vsque annum instituendo præfuit, ab eodem, nec non a coniuge eiusdem, pietissima matrona, insigni fauore multisque beneficiis affectus. Et cum mensæ illustris huius domus identidem interessent diuersi aulae proceres, aliique eximia dignitatis viri, noster iuxta discipulum suum ad eam inter adfessores admissus, occasionem habuit commodissimam istorum notitiam ac beneuolentiam obtinendi. Inter quos loco haud postremo habet perillustrem Baronem, CAROLVM HILDEBRANDVM a CANSTEIN, Canizianæ familiae  
pro-

proximum agnatum, vel ex descripta beati SPENERI vita notum, & felicissimo ac saluberrimo biblicarum editionum instituto inclytum, cuius, uti & Canizianam, bibliothecam insignem non sine emolumento litterario semper patentem habuit.

Præcipuum vero Dei beneficium, quo Berolini fructus est, in eo collocat, quod sibi datum fuerit a magni atque exercitatissimi Theologi, D. PHILIPPI IACOBI SPENERI, latere hære, ipsiusque, quando impeditus erat, vicem in concionibus obire, & in primis e sermonibus eius publicis ac privatis, multa gratia conditis, nec non e vita eiusdem sanctiore & plane ad præscriptum Christi composita, proficere. Habebat vir beatus quatuor per singulas hebdomades horis in ædibus suis exercitationem biblicam, exegetico-asceticam, in qua Theologiae cultores primum ipse audiebat, & deinceps ipsorum meletemata pro re nata vel approbabat, confirmabatque vberiori deductione, vel etiam emendabat ac supplebat, cum permagno singulorum, & inter eos LANGII nostri, fructu. Immo ea fuit SPENERI erga hunc fiducia, ut ministerii candidatos, quorum defectus in examine exstantiores fuerant deprehensi, privatae ipsius operæ traderet, ad tempus aliquod rectius instituendos. Qua viuendi ratione cum latere non posset noster, ipsi nec occasiones defuerunt ad munus ecclesiasticum. Sed ab hoc ipso primum erat alienior, partim pro conspecta magna, quam res exomologetica conscientia creet, difficultate; partim vero pro naturali sua *περὶ δουλεία*, qua erga cathedram vitamque scholasticam ferebatur. Quare, cum aliquando in loco non spernendo ad concionem *δουλειαν* solus esset inuitatus, & hanc iam promississet, sed prævideret, sibi munus collatum iri, a se impetrare non poterat, ut stato tempore compareret. Mittebat vero suo loco alium, vnum ex amicis suis in Deo dilectis, commendatitiis, quibus simul negationem suam excusabat, instructum, cui audito munus istud sine hæsitacione commissum est.



Vt vero ad didacticum vitæ genus accederet propius, Magisterii gradu eum in finem Halæ capessito, in eo erat, vt adiret Academiam Regiomontanam, ibi in philosophiæ, præcipue vero philologiæ sacræ, studiis iuuentutem Academicam eruditurus. Sed cum deprehenderet, se a familia Caniziana ægre dimitti, mutato consilio commoratus quidem est Berolini aliquanto diutius; mox tamen inde discessit Stargardiam, nimirum anno nonagesimo sexto, ad obeundum locum aliquem, inter superiores Gymnasii collegas vacantem, eo arcessitus. Sed istum non obtinebat. Permansit vero Stargardiæ, ibique fruius est familiaritate viri clarissimi, D. IO. WILHELMI ZIEROLDI, eo tempore Halæ eo euocati, nec non fauore Superintendententis generalis, D. GUNTHERI HEILERI; vti & patrocinio viri perillustri, domini a FLEMMING, Dicastrii Præsidis, patris illustrissimorum Comitum a FLEMMING, bellis Saxo-Polonicis inclutorum. Hic enim, iam ipsa canitie venerabilis, senex tanto erga sacras litteras amore & erga nostrum fiducia ducebatur, vt, stipendio haud exiguo ipsi oblato, institutionem in Hebræa lingua sibi ab eo expeteret, quo cum voluptate eo maiori sacrum codicem posset legere, eoque condimento senectutis incommoda leuare. Sed successu caruit hoc institutum. Cum enim Senatus Cöslinensis scholæ suæ, olim non incelebri, Conrectorem quæreret, Langius noster a FLEMMINGIO eidem commendabatur, & eo quidem cum successu, vt ipsi nec viso nec audito sine vlla mora vocationis tabulas mitteret ad ipsum Rectoratum, postquam Rector, vir probus & non indoctus, sed regendi dono destitutus, suadente magistratu, præ molestiarum, e scholasticæ rei regimine perceptarum, tædio Conrectoratum, exemplo haud facile obvio, lubens in se receperat. Vixit is deinceps cum Rectore quam amicissime, nec exiguum scholæ e ruinis suis illico incrementum cepit, præcipue aucta equestris ordinis discipulis, eo subinde frequentius confluentibus: inter quos vnum ex antiquissima

))

BONI-



BONINIORVM profapia, iam illustrem regii regiminis  
Consiliarium, ob præclaram indolem, & inprimis ob sincerum  
veri rectique amorem & obsequium, præ ceteris pro delicio suo  
habebat.

Verum enim vero vix constitutæ erant res Cöslinensium  
scholasticæ, cum Langius noster illis rursus subtraheretur, ni-  
mirum altero statim anno Berolinum reuocatus ad regimen  
Gymnasii Fridericiani, quod trium nouarum est urbium, Fri-  
derico - Werderæ, Dorotheopoleos & Fridericopoleos.  
Quanta per Dei gratiam & rectoris sui industriam hæc schola,  
cuius initia cum ipsis nouis urbibus antea fuerant tenuia, incre-  
menta habuerit in annos singulos, ipsi Berolinenses optime no-  
runt. Hoc vero est, de quo sibi gratissimo in Deum animo  
præcipue gratulatur noster, quod in auditorum, ætate iam  
adultorum, frequentia haud exigua insignem semper nume-  
rum habuerit illorum, quos in ordine renouationis plantas  
Christi genuinas factos esse vidit: quem in finem præter lit-  
terarum studia, haud obiter, nec sine successu apud plurimos  
feliciori, tractata, omnem curam omnemque industriam suam  
publice ac priuatim in vsu & applicatione doctrinæ euangeli-  
cæ variis modis direxit, ratus omnem iuuentutis formationem  
pro scopo habere primario, vt illa ad mentem Christi, & sic ad  
beatam æternitatem recte formetur. Præcipui autem benefi-  
cii loco habet, quod SPENERO suo fuerit redditus, eoque ad-  
huc in septimum vsque annum frui potuerit. SCHADIO  
quidem suo itidem rursus iungebatur; sed eundem mox ami-  
sit beato eiusdem obitu, defunctoque in ædibus Spenerianis,  
coram insigni ad exequias conuocatorum panegyri, sermone  
parentauit funebri, typis expresso. Et cum eodem fere tem-  
pore illustris CANIZIVS obiisset, ex schedis ipsius poeticiis  
collegit fasciculum illum, qui, *Poetische Neben-Stunden* in-  
scriptus, magno doctorum omnium applausu exceptus est:  
dolet vero noster, eidem deinceps ab impura mente manuque  
aliquod impudici argumenti assumentum accessisse.

Anno



Anno autem rectoratus sui secundo exeunte, qui erat superioris seculi vltimus, e Collegii nostri, & speciatim coniunctissimi A. H. FRANCKII, desiderio a serenissimo Academiae fundatore per adiunctionem Ordini nostro adscriptus, ritu religioso a senatu Academiae recipiebatur quidem; at Berolinum reuersus, & vasa ad loci ac muneris mutationem collecturus, ibidem detinebatur. Istius enim urbis Senatus, mutationis negotio intercedens, id a Serenissimo obtinebat, vt retento Langio nouum pastoris munus, quod Berolinensium Fridericopolis, in annos amplificata, posceret, conferretur, relictis eidem Gymnasii gubernaculis. Quo facto vtrique muneri vsque ad annum currentis seculi nonum praefuit, satis laborioso quidem & molesto ex vtraque parte; sed eo tamen cum successu, vt subsaeuiis horis etiam legendis scribendisque aliquot libris potuerit vacare, ac discedens non exiguum sui desiderium apud vtriusque ordinis auditores relinqueret. Offerebatur ipsi quidem anno huius seculi quarto ab amplissimo Senatu pastoratus alius, quem, vti maiori cum rei familiaris commodo, ita minori cum labore, vtpote a Gymnasii curis seiunctum, gerere potuisset; sed oblatum recusabat, partim innato rei scholasticae amore, partim vero multis auditorum, quos in ea habebat, precibus permotus. Et cum modo dicto anno huius seculi nono Pomeraniae orientalis ephoriae generali, in re ecclesiastica vacanti, esset praeficiendus, a perillustri Dn. ERN. BOG. a KAMECKE, Consiliario status intimo, & ab ipsis Pomeraniae proceribus, Regi ad munus istud commendatus, opportune interueniebat ordinis nostri desiderium, quo is ad cathedram in Theologia Academicam ab eodem expetebatur: eo scilicet temporis articulo, quo mihi, Collegii nostri Seniori, laborandum erat, vt absentia mea, quam collatae Abbatiae Bergensis administratio per crebriora intervalla datura esset, pensaretur. Atque ita LANGIVS noster, acceptis vocationis tabulis, reliquit Berolinum suum carissimum, agnito Dei nutu, cum



cum in eo, quod manifestum vocationis suæ Hallensis, iam ante decem annos acceptæ, & interea quasi suspensæ, complementum videret; tum in illo, quod in munere ecclesiastico lucentem nancisceretur eum, quem sibi præ aliis exoptauerat, & eundem quidem, qui ipsum ante annos complures oblatus muneris ecclesiastici fasce non sine singulari Dei prouidentia leuauerat.


Ad nos vero delatus, inde ab anno huius seculi nono, ad præsentem usque muneri suo nunquam defuit, sed eidem legendo ac disputando publice & priuatim satisfacere pro viribus allaborauit. Neque omisit calamo prodesse. Et cum scripta ediderit plura, eorum indicem alia occasione exhibuit. De gradu Doctoris capeffendo iam dudum monitus, existimauerat quidem, nihil obstare, quo minus ab eodem in perpetuum abstineret, ipso Doctoris munere abunde contentus. Cum vero articulus temporis secularis solennia posceret paulo maiora, iteratis monitis locum reliquit, tandem admisurus, quod Academia & Facultatis iura suadeant & conferre parata sint. Quamobrem post ea obseruata, quæ Ordinis nostri Theologici statuta præscribunt, Lectionesque Cursorias d. XXVIII. & XXIX. Octobr. hor. XI. publice habitas in 2. Tim. I, v. 7. 8. Disputatio supra dicta accedet d. Oct. XXX. P. P. in Vniuers. Frider. Dominic.

Trinit. XXII. d. XXIV. Octobr.

a. MDCCXVII.








W 18







15

Q. D. O. M. B. V.

AD

# LECTIONES CVRSORIAS,

eamque SAECVLARES,

ET

DISPVATIONEM INAVGVRALEM

DIGNISSIMI D.

## DN. IOACH.

S. THEOLOGIAE IN

FRIDERICIANA

ORDI

EX DE

### ORDINIS TI

SACRARVM LITTE

ATQVE C

INV

## D. IOACH. IVSTV

A. B. M. CONS. & T

SEM. TH. &

RECVSUM: HALAL  
Typis CHRISTIANI HEN

